

lomodò quaeratur, nihilominùs est vera possessio civilis, omnesque illius effectus participat. *l. quod meo 18. in pr. ff. de A. vel A. P. L. Emptionem 1. Cod. de Donat. cap. contingit 9. de Dolo & contum.* Quamobrem nec ufucapendi conditio, velut effectus possessionis non postremus, deerit, uti relictur ex n. 396. & seqq.

409 Quæres: quò sensu verificetur illud, in materia Præscriptionis toties usurpatum brocardicon tantum præscriptum, quantum possessum?

Resp. illud maxime verificari in diversis subjectis, quatenus Præscriptio non extenditur de subjecto ad subjectum, sicuti possessio de subjecto ad subjectum alium non extenditur, prout ex Panormitano & Fagnano iam supra memini in cap. 4. n. 445.

Hæc ratio 410 dicitur, qui jus eligendi in una Ecclesia, vel jus decimandi in uno agro, vel jus jurisdictionis in uno pago præscribitur, nequit vel in alia Ecclesia eligere; vel in alio agro decimas colligere; vel in alio pago jurisdictionem exercere: quia scilicet possessio, intermediò Præscriptionis tempore, ad unam Ecclesiam, agrum, aut pagum contractata fuit. Postius de *Mantuen.*

411 *ibid.* 73. à n. 59. II. idem brocardicon verificari in diversis objectis, ad eum, sicut possessio non extenditur de objecto ad objectum diversum, v. g. à jure venandi ad jus lignandi, à jure sepeliendi ad jus præfatiendi &c. per *l. quod meo 18. §. ult. ff. de A. vel A. P. l. prator mit 1. §. ff. de litore actaque priv.* sic etiam non extendatur Præscriptio cap. *auditis 15. cap. olim 18. h. t. cap. dilectus 2. in f. de Capell. Monachor.* Rota Rom. *iti rec. p. 5. to. 1. dec. 333. n. 26.* Pax Jordan *Elucubr. div. tit. lib. 14. tit. 24. num. 112.* Latè Gilcken de *Præscrip. p. 1. cap. 5. à n. 8.*

Verum hæc verificatio declaratione majori eget. Videndum siquidem, an objectum Præscriptionis sit aliquod totum, plures sub se continens species, v. g. jurisdicção; aut pluribus partibus constans, v. g. ager, domus; nec ne. Si hoc; verissima sunt, quæ statim asserta dedimus. Si illud; rursus est considerandù, utrum aliquis alius, quam præscribens, sit in possessione totius, an nullus. Si alius, uti con-

412 tingit in casu, quò Prælati inferior contra Episcopum, qui existit in præsumptione & possessione generali totius Jurisdictionis Episcopalis in sua Diocesi, præscribit unam vel alteram Jurisdictionis Episcopalis speciem; subintrat regula, tantum præscriptum, quantum possessum: adeoque quæ juris species erat possessa tempore currentis Præscriptionis, ea

sola, & non alia censetur esse præscripta per textum, in n. 411. citatos. Rota Rom. *cit. p. 5. to. 1. dec. 265. n. 26. & seqq.* Lyncker de *Jure rer. indiv. cap. 3. apbor. 6.*

Quamquam 414 negari vix possit, quin Prælati, ita præscribens, alios actus in eadem specie comissibiles, alios actus in eadem specie comissibiles facultatem judicandi super divortio in causis matrimonialibus, possit etiam de valore matrimonii vel sponaliorum cognoscere. Antonell. *us de Temp. legali lib. 2. cap. 105. n. 8.* Gilcken *cit. cap. 6. à n. 65.* Rota *cit. p. 10. 2. dec. 561. à n. 5.* Si 415

siquidem alius sit in possessione totius; tunc, sicuti possessio totius potest acquiri per apprehensionem partis, ut patet ex *tr. de Jure Propriet. cap. ult. to. 2. lib. 2.* traditque Postius *d. l. à num. 67.* sic etiam Præscriptio, in una specie completa, potest ad aliam extendi: utpote cum in illo eventu non tam attendatur ad speciem particularem, quam universalitatem causæ per textum in *cap. nunc. autem 1. de Religiof. domib.* ubi Panormitan. n. 2. & Rota Rom. in *rec. p. 4. to. 1. dec. 129. n. 1.* ubi aliquid quoque decisiones allegantur. Antonell. *cap. 105. n. 19.* Fagnanus in *cap. olim. 18. h. t. n. 31.* Pax Jordan *cit. l. n. 113.*

Quod si petas, an Præscriptio in uno vel altero jure Episcopali v. g. institutione aut destinatione Clericorum procedat, quando Episcopus, etiam Præscriptionis tempore, non destitit influere, vel destitueret, ex ea dubitandi ratione, quòd possessio præscribens hæc modò non continua sed interrupta fuerit

Resp. ex dictis in cap. 4. n. 21. Præscriptionem non quidem privative, sed cumulative procedere. Ita ex Instituto Eminentissimi. Card. de Luca de *Jurisdic. dist. 1. à n. 24.* Ratio 417 est: quia ex quo nulla est incompatibilitas, ut duo in eodem territorio vel districtu exercentur idem jus per concursum cumulativum, atque in singulis actibus potior sit condicio prævenientis, ut rectè notavit Fagnanus in *cit. cap. auditis 15. h. t. n. 13. & seqq.* nulla etiam est incompatibilitas, ut unus cumulatively præscribat aliquid jus, remanens Jurisdictionis plenitudine penes Episcopum.

Nec timenda est possessio aut Præscriptio 418 ptionis interruptio. Nam, ut bene respondet Gonzalez ad *idem cap. n. ult.* non interruptitur possessio seu Præscriptio cumulativa, sed tantum privativa, quæ nempe quis solus, exclusò Episcopò, eam Jurisdictionis Episcopalis speciem exercere vellet.

SECTIO IV.

De Tempore.

SUMMARI A.

419. Tempus est præcipuum requisitum Præscriptionis. 420. Illius diversa computatio. 421. & seqq. In Præscriptione positiva computatur civiliter. 422. & seqq. In privativa computatur naturaliter. 423. & seqq. Res mobiles, etiam presens, triennio præscribuntur. 433. & seqq.

Res immobiles inter presentes decennio, & inter absentes vicennio præscribuntur. 434. & seqq. Largiter explicatur absentia & presens ad mentem l. ult. Cod. de Præscript. longi temp. 445. & seqq. Explicatur quoque Nov. 119. cap. 8. in casu, quò aliqui partim absentes, & partim

partim presentes erant. 456. & seqq. In controversia presens vel absentia præscribens tenetur probare. 458. & seqq. Pramittuntur multa de servitutibus. 467. & seqq. Servitutibus reales, licet discontinua sint, tempore longò præscribuntur. 469. & seqq. Textus oppositi referuntur, & dilantur. 475. Servitutibus reales, etiam discontinua, eodem quoque tempore amittuntur. 476. & seqq. Sin verò per mensuram aut septimanarum intervalla discretus sit usus, vicennium exigitur. 480. & seqq. Etiam usufructus, usus, & habitatio longò tempore cum titulo comparatur. 483. & seqq. Et eodem tempore rursus extinguuntur usufructus & usus. 488. Excipiuntur usufructus improprie talis. 489. Et habitatio. 490. Recensentur duplex actio personalis, pro usufructu competens. 491. Concomitans unà cum usufructu perimitur. 492. & seqq. Antecedens durat 30. annis. 495. & seqq. Argumenta contraria. 498. & seqq. Eorum refutatio. 504. Dicitur de servitutibus ad alia quoque jura applicentur. 505. & seqq. Actionum systematica delineatio. 513. & seqq. Actiones reales naturam sua causa sequuntur. 515. & seqq. Excipiuntur actio hypothecaria. 507. Petitiò hereditatis. 518. Querela inofficiosa. 419. Actio pauliana. 520. & seqq. Non autem publiciana. 523. & seqq. Actiones personales civiles sunt triennaria. 525. & seqq. Quò pertinet etiam actio injuriarum ex L. Cornelia. 528. Actio de aleatoribus ad 50. annos porrigitur. 529. & seqq. Actiones pratorie, rei persecutoria, plerumque sunt perpetua; parvas sunt annales. 532. Ponitur exceptio. 533. & seqq. Accusationes criminales vicennio concluduntur. 535. & seqq. Nisi brevius tempus in

aliquibus criminibus sit prefixum. 540. & seqq. Ultra vicennium nulla permittitur accusatio vel inquisitio. 545. & seqq. Jura & bona Principum, nondum incorporata fisco, quadriennii Præscriptionem sustinent. 551. & seqq. Aliud interdum obtinet, si denuntiata jam fuerint. 553. & seqq. Jura & bona Principum patrimonialia Præscriptionem quadragenariam habent. 556. & seqq. Idem est de juribus Principum quò Principum, si privati acquiri valant. 559. & seqq. Jura Majestatis extrinseca vel 40. annis cum titulo, vel tempus immemorabile desiderant. 562. & seqq. Jura Majestatis intrinseca non præscribuntur à subito quò tali. 564. Nominè Principis veniunt: etiam Status Imperii. 565. Agitur de rebus Ecclesie. 566. Præscribuntur 40. annis, si sint immobiles. 567. & seqq. Imò etiam mobiles sunt. 583. Nominè Ecclesie veniunt omnia loca pia. 584. Eadem Præscriptio observatur in juribus aliis. 585. Explicatur, quid juris, quando Ecclesie succedit Laico in possessione. 586. Jura spiritualia itidem Præscriptionem 40. annorum agnoscunt. 587. & seqq. Agitur in specie de jure eligendi. 591. & seqq. Item de jure patronatus. 593. & seqq. Similiter de jure decimandi. 603. & seqq. Declarantur specialia in Præscriptione beneficiorum. 609. Ecclesia Romana tantum patitur centenariam Præscriptionem. 610. & seqq. Non item civitates. 614. & seqq. Jura, Pontifici reservata, sunt impræscriptibilia. 617. & seqq. Exempli gaudens centenaria Præscriptione. 619. & seqq. Variorum Ordinum privilegia. 622. & plurib. usque ad finem, assignatur tempus in Præscriptionibus inominatis, incipiendò à momentis, horis, diebus &c.

§. I.

De Computatione Temporis.

419 Quartum Præscriptionis requisitum, imò, ut memini ab initio hujus cap. primùm ac præcipuum est Tempus. Hujus tam accurata habetur ratio, ut non tantum annorum, mensium, hebdomadarum, sed dierum quoque & horarum, imò momentorum calculus subducatur. Unde in hac *scilicet* prima fe pandit quæstio de computatione temporis, an naturaliter, hoc est, de momento ad momentum computari debeat, ita ut possessor eodem, quò cepit possessionem, punctò compleat; an verò civiliter, ut sufficiat ultimus dies captus; adeoque non per momentorum dividendum minutias, sed instar cujusdam individui considerandus, quatenus totum transgressisse diem credatur, qui vel unò ejus momentò in possessione extitit? Puto distinguendum esse inter Præscriptionem positivam & privativam, &

420 Dico I. In Præscriptione positiva tempus computatur civiliter, de die in diem, ita ut dies ultimus captus habeatur pro completo. Haunold *tr. 5. cap. 2. Contr. 4. num. 266.* & Interpretes communiter. Textus ad hoc probandum non unus extat. Nam in *l. in usucapione 15. ff.*

de Diversis & temporal. Præsc. in prin. ita disponitur: in usucapione ita servatur, ut, etiam si minimò momentò novissimi diei possessa res sit, nihilominus repleatur usucapio, nec totus dies exigitur ad explendam constitutum tempus.

Idem decernitur 421 in l. in usucapionibus 6. ff. h. t. ibi: in usucapionibus non à momento ad momentum sed totum postremum diem computamus. Ideoque (prosequitur *l. seq. 7. ff. eod.*) qui horà sextà diei Calendis Januarii possidere cepit, horà sextà noctis pridie Calendis Januarii implet usucapionem.

Quam po 422 steriorum L. ad facilitorem Germanorum intelligentiam Rath *cap. 5. assert. 1. l. 1. lit. B.* sic dilucidat, quòd sexta noctis hora non secundum nostra horologia pro sexta vespertina, sed juxta Romanorum morem & computationem pro dimidia nocte accipienda sit, quæ dicitur hora sexta noctis, sicut hora sexta diei vocatur merides quasi medietas. Hinc qui horà sextà seu meride Calendis Januarii possidere cepit, post decennium horà sextà noctis pridie Calendis Januarii esse post mediam noctem complet usucapionem: quia ultimus dies post mediam noctem cæptus habeatur pro completo.

Dico

424 Dico II. In Præscriptione privativa, qualis est in actionibus personalibus, sive perpetuis sive temporibus, tempus computatur naturaliter, ut dies ultimus cœptus non habeatur pro completo, sed ex integro compleri debeat. Haunold *cit. loc. num. 267.* Brunnem. *ad l. in omnibus 6. ff. de O. & A. Rath assert. 48.* Probatur ex d. l. 6. ibi: *in omnibus temporibus actionibus, nisi novissimus dies totus compleatur, non finit obligationem.* Et licet hic solummodo tangantur actiones temporales: quia tamen, uti statim audiemus, est eadem ratio de perpetuis, eadem quoque dispositio procedit.

425 At quænam fit differentia inter Præscriptionem rerum & actionum, quod illæ civilem, hæc naturalem computationem admittant? Tam expedit non dixeris. Plerique discrimen in eo constituunt, quod in Præscriptione positiva favor, in Præscriptione privativa odium præscribentis intercurrat. Sed non differet. Enim verò quia gravius longè præjudicium ordinariè velatur in amissione dominii quam alterius juris, aut actionis personalis, multum subsistit, an majori non odio præscribens rem, quam præscribens seu verius extinguens obligationem suam personalem, dignus haberi debeat?

§. II.

Quò Tempore præscribantur res mobiles & immobiles?

428 **P**erfecta temporis computatione, ejus diuturnitate, pro diversitate objectorum diverfam, inquirimus. Ubi primò obtrutu se obijciunt res mobiles & immobiles, velut magis in sensum occurrentes, de quibus

429 Dico I. Res mobiles, quantumcunque sint pretiosæ, præscribuntur trienniò. Imperator Justinianus in *prin. Inst. h. t. & in l. un. Cod. de Usucap. transform.* Correctum est itaque Jus antiquum, quod Præscriptionem rei mobilis unicò duntaxat annò definierat. Ratio constitutionis & correctionis est: quia ex una parte res mobiles, si bonà possideantur fide, raro solent occultari; sicque triennium nec nimis angustum nec amplum nimis vitium est dominis ad res suas, si velint, recuperandas; & si malà possideantur fide, atque occultentur, plerumque furti laborant vitiò, Præscriptionis ordinariæ incapaces: ex altera verò parte incommodum, quod ex amissione rerum mobilium domino inferitur, tantum non est, quantum est damnum, quod ex rerum

430 immobilium jactura sequitur. Nec refert, quòd res pretiosæ (quas etiam conclusioni inferimus) quandoque sint majoris pretii, quam immobiles: id namque rarius accidit, quam ut specialem Juris ordinationem mereatur *arg. l. 3. 4. & seqq. ff. de L. L.*

431 Unicum memori reponendum mente suggero: pignus, in re mobili constitutum, unà cum re mobili trienniò non præscribi *l. usucapio 7. Cod. de Pignor.* ibi: *usucapio conventionem pignoris non extinguunt; nec mutat usucapio superveniens (sunt verba J. C. in l. justo errore 44. §. 2.*

Fortassis à regia rationis vitâ non multum aberrabit, qui disparitatem ex Lege petita. Nam in usucapione & Præscriptione positiva verba Legis 1. 2. Tab. ad præscribentem erant directâ, hoc modò: *si ipse possederit per annum vel biennium, consequatur vel dominium (ita refert Connanus apud D. Rath assert. 50.)* in Præscriptione verò privativa Legis verba non in præscribentem, seu debitorem, sed creditorem tendunt, ita ut actionem certò tempore in judicium deducere teneatur, vel, tempore illò transactò, jus suum amittat.

Sicut 427 ergo in casibus aliis, v. g. in electione generis in legato, utrum legatario vel heredi conveniat, magni interest, an testator verba ad legatarium vel hæredem direxerit; illeque electionem habet, ad quem verba testatoris sunt directâ *l. cum servus 29. §. 6. ff. de Leg. 1. l. si ita reliquit 4. §. ult. ff. de Legat. 2.* Eodem modò quia in Præscriptione positiva Legis verba tendunt ad præscribentem, penes hunc est electio, potestque ultimum diem cœptum numerare pro completo: & e diametro, quia in Præscriptione privativa tendunt ad creditorem, potest hic eligere & determinare, ut dies ultimus ad novissimum instans usque consummetur. *Rath d. assert. 50. per tot.*

ff. h. t.) quò minus pignoris perfectio salva sit, quia nulla societas dominii conjungitur. Vult dicere: inter dominium & pignus tam arctam societatem non intercedere, ut unà cum dominio etiam jus pignoris acquiri, necessum sit. D. Rath. *d. cap. 5. assert. 16.*

Dico II. Res immobiles unà cum titulo 433 tempore longò, hoc est inter præsentés decenniò, inter absentes vicenniò; sine titulo autem tempore longissimò, hoc est, 30. annis præscribuntur. Certa conclusio per textum in *num. 429.* citatos quoad primam partem. Quoad alteram non minori certitudine nititur propter disputata jam supra in *num. 223. & seqq.* Sed termini inter præsentés & absentes altioris sunt indaginis & strictioris examinis. Itaque pro abundantiori noticia

Sciendum I. præsentiam & absentiam non 434 esse mensurandam juxta res; posseque res, etiam transmare sitas, rectissime tanquam inter præsentés præscribi *l. ult. Cod. de Præscript. longi temp.* Rationem ibidem pandit Justinianus: *quid enim, inquit, prodest, in ipsa provincia esse possessionem, an in alia, cum jus vindicationis incorporale est, & ubicunque res posita sint, & dominium earum, & vinculum ad dominum vel creditorem possit reverti?*

Sciendum II. præsentiam & absentiam se 435 cundum domicilia personarum ita æstimanda esse, ut, qui in eadem provincia habent domicilium, sive ibidem habitent; sive non, præsentés dicantur. *d. l. ult.* Quod si in diversis provinciis domicilia fixerint, esto in una convivant, pro absentibus habentur. Neque 436 atten-

attenditur, utrum, si domicilia sint in diversa provincia, res præscribenda habeatur in provincia præscribentis seu adversarii; an verò in provincia illius, contra quem præscribitur, seu actoris, per textum in sæpe jam *d. l. ult.* quæ non ad præsentiam rei sed domicilium respiciant.

437 **Q**uamquam opinio adversam non improbabiler defendi posse, doceat Clariss. D. Dominicus Bassus in *50. Decisionibus Justinian. decis. 46. num. 4.* eò inductus argumentò, quòd actor in tali casu possit reum sive præscribentem ad suum forum & Judicem proprium pertrahere ob titulum & locum rei sitæ *l. ult. Cod. ubi in rem actio &c.* sicque cesset ratio *d. l. ult. Cod. de Præscr. long. temp.* in hoc secundum intellectum communem fudate, quòd Jura subvenient absentibus, duplicandò eis tempus pro eo, quia in loco domicilii proprii detentores rerum suarum ad judicium

438 trahere non possunt. Quòd verò dictum sit, sola domicilia personarum aliquem præsentem vel absentem constituere, in illis casibus recipiendum existimat prælaudatus D. Bassus, quando res est in tertia provincia, vel quando domicilia sunt in eadem, & res alibi; non verò ubi res est in domicilio ejus, contra quem præscribitur. Authorem hujus sententiæ allegat Joannem Fabrum ad *h. r. Inst. in præscr. num. 12.*

439 Sciendum III. turbatis hodie provinciarum limitibus, eos esse confendos in eadem habere provincia domicilium, qui sub eodem Præse, seu, ut explicant alii, sub eodem Duce, Principe, vel Comite habitant: qui verò domicilium sub diversis Præsidibus, licet sub eodem domino, tenent, quantum attinet ad Præscriptionem, pro absentibus agnoscendi sunt per tradita ab eodem Clariss. Basso *d. loc.*

440 **n**um. 6. Ex quo consequitur, ut qui sunt in confinio duarum provinciarum, adeoque unò fortè vel alterò milliari distantes, habeantur pro absentibus; & contra qui in una in longum & latum exporrecta provincia domicilium valde distitum sortiuntur, pro præ-

441 sentibus habeantur. Quod equidem nonnullis durum videtur, eo ex capite, quia duplum temporis ideò præfixum est Præscriptioni contra absentem, quòd ita dominus ignorantiam rei suæ facilius prætereundè possit; & hinc contra eum, qui in eadem sed amplissima habitat provincia, in eadem tempore requiri deberet, quòd contra eum, qui in angusta, vel

442 aliis in loco vicino, commoratur. Putem nihilominus, ob majorem conveniendi facilitatem, non ex distantia loci, sed identitate Judicis metiendam, Legem Imperatoriam ab omni tam duritie quam inconvenientiâ, haud difficulter excusari.

443 Quantum ad Clericos, rectius asseritur cum præfato D. Basso *num. 7.* eos reputari pro præsentibus, non qui in eadem provincia sub eodem Metropolitanò, sed in eadem diocesi sub eodem Episcopo beneficium habent: nam eorum Metropolitanò nec agere, nec conveniri possunt, præterquam in casibus, Jure expressis P. SCHMIEK JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

cap. pastoralis 11. de Offic. Ordinarii cap. Romana 1. de Supplend. neglig. præl. in 6. Quod de rebus Clericorum privatis, non de rebus Ecclesiasticis intelligendum velim: hæc namque, cum non nisi quadragenariam Præscriptionem agnoscant, nec ad præsentiam nec ad absentiam respectum habent.

444 Si quis plura habeat domicilia, in omnibus inter præsentés numerabitur per *Lejus qui 27. §. 2. ff. ad Municipal.* Etsi omninò nullum, veluti vagabundi, obtineat, possessionem tamen alienæ rei occupaverit, ubique locorum erit præsens; ubique propterea conveniendus, veluti incola totius mundi, qualem se Socrates nominasse fertur. D. Rath *assert. 26.*

Sciendum IV. quando aliquis partim præ- 445 sents, partim absens fuit, à Justiniano in *Nov. 119. cap. 8.* indeque transumptâ *ant. quod si quis Cod. de Præscr. longi temp.* constitutum esse, ut ei tot anni super decemium adjiciantur, quantos ex ipso decennio absens fuerit.

446 Quà conlitione nixi, quam plures consenserunt, tempus absentiaæ semper duplicari, eique, qui 8. v. g. annis præsens fuit, & bienniò absens, post reditum adhuc biennium aliud ad complendam Præscriptionem superfluitare: quin, si consequenter docere velint, ei, qui 9. annis præsens & 9. absens fuit, postquam redierit, adhuc alios 9. ad Præscriptionis abolitionem concedunt. Quæ expositio, quamquam civi-

447 tate vix non donata, difficultate non destituitur. Sequitur enim l. totum absentiaæ tempus non aliter subduendum, ac si Præscriptio interea dormivisset: quod tamen de mente Imperatoris agrè præsumendum. Neque 448 sufficit, dicere cum Clariss. D. Chlengenberger ad *Inst. h. r. quæst. ult.* Præscriptionem illam dormivisse, quæ est inter præsentés; non item aliam, quæ est inter absentes. Contra enim est, quòd etiam illa Præscriptio, quæ est inter absentes, dormiat tempore absentiaæ: quia Præscriptionem dormire, nihil aliud est, quam cursum temporis non computari: sed cursus temporis absentia non computatur, eò ipsò, quòd tempus illud post reditum suppleri debeat. Ergo &c.

449 **S**equitur II. ex do-450 ctrina explicata, res immobiles præscribi citius, si persona totò Præscriptionis tempore fuerint absentes, ac si absentes non fuerint totò illò tempore: nam qui totò absuit tempore, Præscriptionem vicenniè patitur; qui autem 9. annis præsens & totidem absens fuit, non nisi Præscriptionem 27. annorum reformidat; quod sanè intentioni Imperatoris neutiquam conforme judico.

Probabilius ergo cum *cit. D. Basso num. 9. 451 Sylvestro, Tannero Theol. Schol. tit. 3. disput. 4. q. 1. dnb. 6. num. 89.* ab eodem Authore relatis, Lessio de *J. & F. L. 2. cap. 6. dnb. 8. n. 23.* opinor: tempus absentiaæ eatenus duplicandum, ut

ut unus annus presentia aequivalat duobus annis absentia; & vicissim duo anni absentia conficiant unum annum presentia. Et idem qui 8. annis fuit praesens, & postea duobus absens, revertis adhuc uno anno debet possidere: quia duo anni absentia fecerunt unum annum presentia; sicque in effectu 9. annos compleverunt. Pariter, qui 9. annis fuit praesens, & totidem absens, post reverfionem non habebit tempus aliud residuum: post biennium enim terminus Praescriptionis jam effluxit, cum unus duntaxat annus defecerit, quem duo primi absentia anni suppleverunt.

452 Et hic explicandi modus non solum menti sed etiam litera cit. Nov. & authent. correspondet, utpote quae non requirit absolute, ut tot anni super decennium adficiantur, quot absens fuerit, sed cum restrictione, quot ex ipso decennio: hoc est, quot ad complendam decennii Praescriptionem defuerunt: adeoque non vult, ut tempus absentia simpliciter duplicetur, sed illud solummodo tempus, quod ad integrandum decennium supererat.

453 Sciendum V. circa hunc ipsum textum d. Nov. 119. cap. 8. aliud adhuc latere dubium: utrum de absentia domicilii, an vero de absentia personarum accipienda sit? Ratio dubitandi est, quod ibidem recensentur casus, quod aliquibus annis quae praesens, & aliquibus absens fuit; ut credendum non sit, quod loquatur de absentia domicilii, cum hoc tam brevi tempore non facile mutetur. Quae ratio Paulum de Castro ad Auth. mala fidei Cod. d. 1. in fin. movit, ut de absentia personarum textum Novellae fuerit interpretatus, prout refert saepe 454 jam nominatus D. Bassus num. 11. Verius tamen cum eo num. 12. asserendum videtur, textum de absentia domicilii intelligendum esse. Nam Imperatoris scopus non

alius erat, quam dubium illud, quomodo tempus presentia & absentia connectendum sit, nova sanctione extricare: quoniam vero pro absente vel praesente sit habendus? Ibidem indecisum reliquit: quia cogitavit forte, in d. l. ult. Cod. de Praescrip. longi temp. jamjam abunde declaratum esse, quod absentia non ex persona sed ex domicilio dignosci debeat. 455

cet proinde non tam facile contingat, domicilium tam exiguo tempore mutari; ad hunc tamen casum, si quando contingeret, authoritativè decidendum, Imperator ad illam absentiam respexit, quae quibus alibi laevem, rerumque ac fortunatarum suarum suavitatem constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet, ut loquitur l. civis 7. Cod. de Incol. Quare si Titius & Sempronius domicilium Salisburgi habeant, poterit Titius v. g. 10. annis fundum Sempronii praescribere, esto hic totò decennio fuerit alibi moratus.

Sciendum ultimum: quando inter praesentem & priorem dominum circa probationem presentia vel absentia, ab altero allegata, controversia incidit, praescribenti probationem incumbere: enim tunc absentia nec presentia, veluti mera accidentia, praesumantur adesse, eamque ob causam quilibet in alterum se fundans intentionem suam docere habeat necesse: Juris tamen praesumptio, 457 quae pro domino antiquo militat, quod rei semel dominus fuerit, gravat praescribentem, ut, si dominium decennali Praescriptione in se translatus esse, contendat, fundamentum suae intentionis, & inter alia decennalis Praescriptionis requisita, praesentiam probet. Rath asserit 28. allegans Baldum in l. emptor §. sed pone Cod. de Praescrip. longi temp. ubi dicit, se vidisse, ita de facto & consuetudine milles observari.

§. III.

Quantum temporis in Praescriptione Servitutuum realium exigatur?

458 Servitutes reales Praescriptione non solum acquiri, sed & amitti, ex antecedentibus non obsecure constabit. Quanto autem tempore aut acquirantur, aut amittantur? Summa hujus est §. Pro cuius explanatione

459 Praemitto I. servitutes alias dici continuas, alias discontinuas. Continua dicuntur, quae semel constitutae, semper utiles sunt praedio dominantis, absque ulteriori facto hominis. Huc spectant servitutes oneris ferendi, servitutes signi immitrendi, servitutes altius tollendi &c. quia columna v. g. in alieno semel posita, continuè sustinet onus aedium nostrorum; adeoque sine facto nostro utilitatem exhibet praedio.

460 Continua vocantur, quae, semel constitutae, non semper utiles sunt praedio dominantis, nisi accedat novum factum & exercitium hominis. Cujusmodi sunt iter, actus, via &c. quia utilitatem in actu secundo non aliter nobis communicant, quam si eamus, agamus, curramus &c. Gletle p. 2. select. quest. 27. num. 2.

461 Advertit tamen D. Rath, infra citandus, hanc

divisionem, utut concertantibus DD. calamis subfignatam, in theoria & veritate Juris non absque ratione rejici, eo quod servitutes omnes perpetuam habeant causam l. foramen 28. ff. de S. P. U. ibi: omnes autem servitutes praediorum perpetuas habere causam debent. Est 462 quippe cujuslibet servitutis ea natura, ut, nisi pacto, adeoque per accidens impediatur, ea uti liceat, quoties liberetur l. ait Praetor l. §. 2. & l. de interdito 6. ff. de Aqua quot. & est, quod enim naturaliter fit, & semper, quod concurrens placuerit, fieri potest, perpetuum ac continuum esse, etsi assidue non fiat.

Praemitto II. inter ipsas servitutes, quas vocant discontinuas, discrimen reperiri: quaedam enim ita comparatae sunt, ut earum exercitium ex arbitrio domini praedii dominantis dependeat, sicque eidem semper utilitatem praebant, si uti semper velit: v. g. servitutes itineris, absolute mihi constituta, ex meo pendet arbitrio, potestque mihi semper esse utilis, si ire semper placuerit. Econtra aliae sunt 464

talis indolis, ut illarum exercitium ex libera domini praedii dominantis voluntate non pendeat, neque aliò tempore in actu secundo utilitatem conferant, quam in constitutione fuerit expressum. E. g. servitutes itineris, ita constituta, ut alternis tantum septimanis, mensibus, aut annis liceat, aliò tempore exerceri non potest, quam conventò.

465 Praemitto III. servitutes reales, quas appellant continuas, ex infallibili omnium sententia longò tempore, 10. annis inter praesentes, & 20. inter absentes activè praescribi, ut ex l. si quis 10. in pr. ff. si Servit. vindic. & l. ult. Cod. de Praescrip. longi temp. ad oculum probatur. Num etiam discontinuae, ut vocant, eodem tempore activè praescribantur? In bivio est. Idem tempus definit Vinnius lib. 1. select. quest. cap. 31. Rath cap. 21. asserit 29. Struv. ad ff. Exercit. 17. th. 38. Clarissimi DD. Facultatis nostrae Collegae, Blumblacher de servitute. cap. 3. num. 7. Gletle dis. loc. num. 4. Franz ad tit. Inst. de Servit. num. 24. Tempus immemoriale requirit Molina tom. 1. rr. 2. de f. & f. disp. 70. num. 7. & 8. Antonell. de Temp. Leg. lib. 2. cap. 81. num. 8. Haunold. rr. 5. cap. 2. Contr. 3. num. 226. Pirching h. t. num. 119. Gail. 2. observ. 66. n. 7. His praemisissis,

467 Dico I. Servitutes reales, etiam discontinuae, longò tempore praescribuntur. Ita decernitur partim in textibus generalibus in l. si cui 1. §. fin. ff. de Aqua & aqua pluv. d. l. ult. Cod. de Praescrip. longi temp. in quibus, sine distinctione inter continuas & discontinuas, servitutes longò tempore acquiri dicuntur: partim in l. apparet §. §. pen. ff. de lin. act. aquae priv. ubi discontinuae servitutis (id est actus, itineris, &c. de quibus rubrica tituli est concepta) nomine interdicitur ei tribuitur, qui possessionis longae prerogativam habet: partim & specialissime in l. si quis 10. in pr. ff. si Servit. vind. ubi acquisitio aquae ductus, seu servitutis discontinuae, diuturno usui & longo tempore attribuitur.

Et ratio est: quia secundum Adversarios hoc unicum obstat, quò minus servitutes discontinuae longò tempore acquirantur, quòd actus interrupti & discontinui reddant possessionem discontinuam & interruptam: hoc unum Juri non convenire, patet tum ex eo, quòd possessio continua non ab actibus sed ab animo denominationem sortitur arg. §. possidere §. Inst. de Interd. tum ex hoc, quòd discontinuitas actuum neque rerum corporalium neque rerum incorporalium possessionem faciat discontinuam l. possideri autem 3. §. 7. & 11. l. clam possidere 6. §. un. l. si id 25. §. ult. ff. de A. vel A. P. Ut adeò non appareat sufficiens fundamentum, cur diversi quidpiam in servitutibus discontinuis adstruamus.

469 Objicitur I. l. foramen 28. ff. de S. P. U. ubi non alia datur ratio, cur servitutes fluminis tempore acquiri nequeat, ac quia causam non habet perpetuam. Sed neque servitutes discontinuae causam habent perpetuam. Ergo &c. II. l. servitutes 14. in pr. ff. de Servit. talis

ubi excluditur usucapio à servitutibus rusticis: quia non habent certam & continuam possessionem. III. l. hoc iure 3. §. 4. ff. de Aqua quot. & est. ubi servitutes aquae ductus, quae est discontinua, locò constituti habetur, quando ejus origo memoriae hominum excessit: ut adeò minori tempore quam immemorabili non acquiratur. IV. l. si cui 1. §. ult. ff. de Aqua & aqua pluv. arceda ubi, lege agri non imposita, vestitus vicem legis obtinere dicitur. V. l. si aliena 10. §. 1. ff. h. t. ubi servitutum Praescriptio per se nusquam longò tempore procedere, asseritur.

Resp. ad I. textum, & illum claritatis gratia 470 explicò, quòd ibi per causam perpetuam non usus & exercitium perpetuum, sed natura, jus, & facultas perpetuò utendi & exercendi intelligatur. Quò rectè facta instantia de servitute fluminis, quae, cum eo pertineat, ut aquae pluviae, in tubo vel canali collectae, exonerentur in vicini aream, ut talis longò tempore acquiri non potest, si proluendi pavimenti causa aquae nullae de caelo illuc veniant, sed tantum factò hominis immitti debeant.

Ad II. Resp. aut textum etiam ad servitutes 471 urbanas ob verba finalia extendendum; aut de usu servitutis, qui non est continuus, explicandum; aut de usucapione propria ad Jus antiquum & Legem Scriboniam, quae sublata erat servitutum usucapio, referendum esse.

Ad III. Resp. tempus extremum ac certum 472 idem positum esse, quia habet vim privilegii; ex quo non sequitur, tempus intermedium exclusum esse, sicut is, qui majus dicit, minus exclusisse non censetur. In alio sensu si exaudiatur textus, & diametro repugnat textui in cit. l. si quis 10. in pr. ff. Si Servitutes vindic. ubi jus aquae ducendae diuturno usui & longae quasi possessione acquiri manifestè docetur. Ad 473

IV. Resp. ibi per ly vestitus tempus longum intelligi, uti indicant verba mox sequentia: sunt enim & in servitutibus hoc idem sequitur, ut, ubi servitutes non inveniuntur impositae, qui diu usus est servitute neque vi, neque precario, neque clam, habuisse longam consuetudinem, vel ex jure impositam servitutum videatur.

Ad ult. Resp. textum, 474 cum indiscriminatim & in genere de servitutibus agat, ipsi Adversarii solvendum, aut nobiscum de usucapione propria secundum Jura Vetera exponendum esse, uti in num. 471 diximus. Plura qui desiderat hac in questione, adeat DD. Gletle & Franz cit. loc. Haec de acquisitione servitutuum. Nunc de amissione

Dico II. Servitutes reales, non solum continuae sed etiam discontinuae, ob non usum longò tempore amittuntur; illis exceptis, quarum usus annorum, mensium, vel hebdomadarum intervallò est interruptus, quae tam inter praesentes quam absentes vicennio intereunt. Prima pars clara est ex l. pen. Cod. de Servit. & l. si sic 7. ff. Quomodo Servit. amitt. ibi: si vero (aqua constituta fit) alternis diebus, aut die toto, aut tantum nocte, statuto legibus tempore amittitur, quia una servitus est. Antonell. cit. cap. 81. num. 13.

476 Altera pars est contra Glossam in cap. cum Ecclēsia Sarrina de Casu possess. & Innocentium apud Abbarem in cap. quarta b. r. num. 31. volentes, ut tempus absentie in servitutibus, explicatō modō discontinuis, duplicetur, & ita ad 40. annos ascendat; sed recipitur passim à mōdēnis DD. Brunnem. ad l. ult. Cod. de Servit. num. 6. & seqq. Bassio in 50. Decis. ad eandem l. ult. n. 4. Stryck in tr. de Actiō. sect. 6. membr. 2. axiom. t. n. 15. Gletle d. p. 2. quest. 29. num. 4. in f. Franz d. loc. num. 55. & colligitur fati ex l. ult. in princ. Cod. de Servit. ibid. ubi Imperator Justinianus, postquam Veterum sententias retulerat, atque etiam pristinae suae constitutionis, quā 10. vel 20. annorum tempus amittendis servitutibus praescribit, mentionem fecerat, simpliciter ac sine distinctione inter praesentes vel absentes fancivit: servitutem, cujus usus 5. annorum intervallō interruptum, 20. annorum desidia amitti.

478 Neque terret textus in d. l. si sic 7. ff. Quom.

§. IV.

Quot anni in Praescriptione Servitutum personalium requirantur?

480 Dico I. Servitutes personales, uti sunt, usufructus, usus, & habitatio, cum titulo longo tempore; & sine titulo tempore longissimo praescribuntur. Sic ex communi DD. tradunt Antonell. d. cap. 81. n. 11. Bassus ad 50. Decis. ad l. corruptionem 16. Cod. de Usufr. decis. 11. Constat non solum ex d. l. corruptionem, sed etiam ex l. ult. Cod. de Praeser. longi tem. in cuius sine constitutio de rebus immobilibus, quae inter praesentes decem, inter absentes viginti annis praescribuntur, ad servitutes, & nominatim ad usufructum pertingit. Quae verò de usufructu acquirendo sunt statuta, etiam ad usum & habitationem pertinent pr. Inst. l. nunc videndum 1. §. un. ff. de Usu & habit. Et quod anneximus de titulo, jam in n. 272. anticipatō ostensum est.

483 Dico II. Usufructus (idem est de usu) decem annis inter praesentes, & viginti inter absentes, amittitur, sive in re mobili, sive in re immobili fuerit constitutus. Clariff. DD. Bassus d. l. Dec. n. 14. Gletle d. p. 2. g. 25. n. 1. Franz ad tit. Inst. de Usufr. n. 24. contra Haun. d. tr. s. n. 15. Cuiacium, Dicastillum & alios.

484 Probat efficaciter ex l. si sic 13. Cod. de Servit. ubi in principio refertur constitutio, quā distinctio antiquorum, usufructum in rebus mobilibus annali tempore, in rebus soli autem bienniō concludentium, fuit sublata, ejusque locō Praescriptio longi temporis surrogata. Quae eadem constitutio mox ad omnes servitutum quoad earum amissionem sit nulla d. 485 paritas. Cōm ergo distinctio inter res mobiles & immobiles quoad Praescriptionem usufructūs fuerit antiquata, & uniforme tempus tam pro usufructu quā alii servitutibus statutum; non video, quō fundamentō diversitas temporis in praescribendo usufructu

adm. Servituti. ubi in jesumodi servitutibus tempus duplicandum praescribitur. Potest siquidem commodē explicari de duplicatione temporis inter praesentes, id est, in Praescriptione decennii: nam vicennium, quia jam à Lege est multiplicatum: non est, cur iterum multiplicetur. Ita Bassus d. loc. n. 5. & 6. 479 ubi etiam rationem suggerit, cur in servitutibus, quibus alternis tantum annis uti possimus, æquum non sit, ut illarum jure decenniiō privemur: quia videlicet sola 5. annorum negligentia nobis imputari potest; reliqui autem temporis cessatio exultationem habet: ut enim prohibitio Legis & pactum obstat, quō minus servitutem exercere liceat; ita Legis favorem justè meretur, ut dimidiata ex duobus decenniis negligentia totos & integros decem habeat annos: quid enim, inquit Paulus in l. cum quidam 17. §. 2. ff. de Usur. potest imputari, qui jure facere quid, si visum vellet, non possit?

rerum mobilium & immobilium sustinetur.

Ad l. corruptionem 16. Cod. de Usufructu, ubi Imperator recitabit, tanti temporis spatii amitti usufructum, quanti tempore exceptio dominium vindicanti obstat; ideòque indicare videtur, usufructum rei mobilis finiri trienniō, cum vindicanti rem mobilem exceptio trienniō obstat. Resp. in illa l. 487 non dici absolute, tanti temporis spatii amitti usufructum, quanti tempore exceptio vindicanti dominium obstat, sed quanti obstat inter praesentes & absentes; quae particulae sufficienter exprimunt, sermonem ibi esse de re immobili: cum distinctio inter praesentes & absentes in rebus mobilibus sit inaudita.

Excipio tamen ab hac conclusione I. Usufructum improprie tale, seu quasi usufructum, qui non utendō non perditur: fructuarius enim in simili casu efficitur dominus rei, in fructum concessae; sicque instar domini res sua uti vel non uti potest. Brunnem. ad l. 9. ff. de Usufruct. ear. ver. n. 1. & ad l. 7. §. un. ff. de Usufruct. quem admod. ear. num. ult. Franz cit. loc. p. 2. num. ult.

Excipio II. habitationem per textum in l. 489 si habitatio 10. in fin. princ. ff. de Usu & habit. Vel quia sic alteri constituitur, ut habitat, quoties ipsi commodum fuerit: potest autem contingere, ut modō commodum sit, modō non: unde dies illius roties cedit, quoties habitare commodum est, licet quis antea non habitaverit. Haunold tr. 3. cap. contr. 2. num. 148. Brunnem. ad cit. l. 10. num. 2. Vel quia Legislatores Romani propter frequentiam legatorum usufructūs, usūs, habitationis, voluerunt aliquam inducere discrepantiam. Schambogen ad §. pen. Inst. d. r. p. n. 280. Sic interit ipse usufructus. Quid autem 490 de

de actione, pro usufructu competente, pronuntiandum; an eodem tempore intereat, tam antecede quam concomitans? Deliberandum restat. Duplex enim verò actio personalis pro usufructu distingui solet; una antecedens seu primordialis, quae competit, antequam usufructus sit constitutus, ac eò tendit, ut constituitur; altera concomitans seu secundaria, quae nascitur, usufructu jam constituto, ac eò collimat, ut patientiam alter exhibeat. Actionem concomitantem eodem tempore cum usufructu extingui; antecedentem verò 30. annis durare, sunt, qui propugnant, quorum agmen ducunt Balbus 3. part. 4. princip. 9. §. num. 2. Gletle d. quest. 25. num. 5. & 6. Cum his

491 Dico III. Actio personalis concomitans una cum usufructu expirat; antecedens usque ad 30. annos pertingit. Prior pars ex d. l. corruptionem (quam multorum ingenia turbasse, si non corrupisse, scribit D. Bassus, mox allegandus) probatur. Nam de actione personali, quae de usufructu nascitur, ibidem dicitur, quod eodem tempore cum usufructu evanescat: haec autem nequit esse antecedens ex dicendis: ergo est concomitans. Cujus ratio est: quia actio concomitans accedit usufructui, ac naturam ejus sequitur; & consequenter eodem tempore consumitur.

492 Posterior pars ex generali regula de actionibus personalibus, quae omnes 30. vel 40. annis vivere dicuntur, demonstratur: quia actio personalis ab illa regula nusquam clarè 493 excipitur. Accedit, quod Imperator in d. l. corruptionem expressè loquatur de usufructu, jam constituto in verbis: quem quis semel acquisit, & semel possedit; sicque de actione, non antecedente, sed concomitante: cum haec, non illa, usufructu jam constituto, con- 494 surgat. Praterèa ipsimet Adversarii, & in specie D. Bassus cit. decis. 11. num. 10. concedunt, actionem personalem pro servitute constitutenda 30. annis durare: cur igitur in usufructu contrarium statuunt?

495 Haec opinio nem & distinctionem, quam à simplicitate textus alienam pronuntiat Brunnem. ad eandem l. num. 10. Clariff. D. Bassus ubi supra num. 8. & seqq. ita impugnat I. Justinianus ab initio cit. l. profiteatur, se circa extinctionem actionis personalis Veterum alterationes dirimere voluisse: at Veteres non alterarunt: an, extindō usufructu, remanere actio concomitans? quia plusquam manifestum erat, extindō principali, extingui 496 accessorium. II. Ex ipsissimis Justiniani verbis liquet, eum de alia actione, quam antecedente, non cogitasse in verb. si per annum vel biennium forsitan eundem usufructum non petierit usufructuarius, ut sic personalis actio tollatur &c. quae verba necessario ad actionem antecedentem sunt referenda: quia concomitans non competit pro usufructu petendō, sed pro patientia duntaxat accommodandā.

497 III. Non debet esse melior conditionis is,

qui actionem pro usufructu tantum constituendo habet, ac qui usufructum tenet jam constitutum: uti ergo ipse usufructus non est perpetuus; ita nec actionem esse perpetuam, oportebat.

Huic impugnationi solidissimā responsione 498 se opponit D. Gletle cit. loc. cum quo ad I. respons. negandō minore. Etenim in Jure nihil est insolitum, sublato principali, remanere accessorium: nam (ut caetera exempla silentiō praeteream) creditor, exclusus ab actione personali Praescriptione 30. annorum, adhuc potest experiri hypothecaria, quamvis accessio sit obligationis principalis l. cum notissimī 7. §. 1. Cod. de Praeser. 30. annor. Imò in 499 ipsos Adversarios argumentum retorqueri posset hoc modō: de illa actione personali loquitur Imperator, de qua inter Veteres Jctos prudens erat dubium. Sed de actione personali antecedente non erat prudens dubium: quia est immotum Juris principium in seq. §. adituendum, actiones personales esse perpetuas. Ergo non de hac, sed de actione concomitante loquitur Imperator. Quia 500 enim ex una parte probè perfererunt antiqui, sublato principali, non semper totum accessorium; ex altera verò parte invictum obversabatur oculis dogma, actiones personales esse perpetuas: Imperator in d. l. corruptionem scrupulum omnem exemit, decidendō, actionem concomitantem simul cum usufructu perimi. Ad II. Resp. usufructum, 501 etiam actione concomitante peti non formaliter sed virtualiter; quatenus, dum fructuarius praetendit, ut proprietarius exhibeat patientiam, ipsum quoque usufructum in consequentiam petit; cum liberum ejus exercitium praetendat. Ad III. Resp. negandō an 502 teccedens. Nam & qui dominium habet rei mobilis, deterioris est conditionis, ac qui actionem pro re mobili consequenda tantum obtinet; & tamen illud trienniō, haec verò 30. solum annis amittitur.

Urgebis adhuc: Imperator de illa actione, 503 personali locutus est, quae datur usufructu in stipulationem deductō. Ergo ad actionem antecedentem, non concomitantem, respicit: quia stipulatione usufructus non constituitur arg. l. traditionibus 20. Cod. de Pact.

Resp. Imperatorem de stipulatione non qualicumque, sed completā, quam nempe secuta est traditio, fuisse locutum: quod sensu & alibi vocabulum stipulationis acceptum fuisse, innuit textus in §. ult. Inst. de Servit. ubi: si quis velit vicino aliquid jus constituere, pactionibus atque stipulationibus id efficere debet.

Quae porro de tempore Praescriptionis in 504 servitutibus hucusque statuta fuisse, pertinent etiam ad reliqua jura incorporalia & realia per textum manifestum in l. ult. Cod. de Praeser. longi temp. nec non cap. ult. de Reb. Eccl. non alien. in 6. observanda tamen, quae dicta sunt de titulo à n. 270. Vallensis ad b. i. §. 6. n. 9. P. Engel ib. n. 20. Schneidevinn ad Inst. cod. n. 22.

§. V.

Quò Tempore Præscriptio Actionum compleatur?

505 Actio, ut alibi ex professo dicitur, in genere est jus persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Dividitur in Civilem & Prætoriam. Civilis est, quæ Juri Civili in specie, puta Legibus, SCis, Prudentum Responsis, Constitutionibus Principum suam nativitatem adscribit. Prætoriam est, quæ præter intentionem Juris Civilis ex benignitate Prætoris in orbem literarium est invec-ta.

506 Utraque subdividitur in realem & personalem. Realis dicitur, quæ oritur ex jure in re, quò nempe res ipsa nobis immediatè subordinatur in ordine ad aliquam dispositionem, circa illam exercendam. Subsecatur in universalem, & particularem. Universalis est, quæ oritur ex jure quodam universali, complectente nimirum jura activa & passiva; & hæc est vel petitio hereditatis, directæ aut fideicommissaria; vel 507 querela inofficiosi testamenti. Particularis vel descendit ex jure rerum incorporalium, vel corporalium. Prior continet actionem hypothecariam, quâ rem pignori nexam persequimur; actionem confessoriam, quâ servitutem rei nostræ asserimus; actionem negatoriam, quâ negamus alteri servitutem in re nostra compe-gere. Posterior oritur vel ex dominio pleno vel minus pleno. Ex hoc provenit actio emphyteuticaria, vel utilis rei vindicatio, quâ rem, cujus utile dominium habemus, à quocunq; possessore repetimus. Illud 509 (dominium plenum) quandoq; est ficti tantum, quandoq; verum est. Si fictum tantum sit, triplicem producit actionem; publicianam nempe, quâ res, bonâ fide & justò titulo accepta, repetitur ab eo, qui jure infirmiore eandem possidet; rescissoriam, quâ is, cujus res ab altero verè ulucapta est, justis de causis intendit, adversarium non ulucipisse, cum tamen usu-

510 ceperit; paulianam, quâ creditores, in quorum fraudem debitor res suas alienavit, adversus possessores experientur. Si dominium sit verum, operatur rei vindicationem, quâ rem nostram corporalem ab ejus possessore repetimus.

511 Actio Personalis dispescitur conformiter ad præsens thema trisariam duntaxat: puta in actionem rei persecutoriam, pœnalem, & mixtam. Actio rei persecutoria dicitur, quâ persequimur id, quod ex patrimonio nobis abest. Actio pœnalis nuncupatur, quâ pœnam, à Lege constitutam, persequimur. Actio mixta vocatur, quâ partim id, quod nobis abest, partim pœnam persequimur. Unde hæc actio nomenclaturam ex objecto nanciscitur: dantur quippe & aliæ actiones mixtæ ex sub-jecto, nempe finium regundorum, communi divi-dendo, familie heriscunde; quia utriq; liti-gantium ex æquo sunt concessæ. Statuuntur adhuc aliæ ab aliis ex causa efficiente mix-tæ; sed perperam, ut alibi & aliâ viâ commo-diùs dicemus. Habes hic Lector summa-

riam actionum delineationem, quam, ut propo-sito nostro peraccommodam ostendam,

Dico I. Actiones reales naturam Jus cau-sis imitantur, eodemque præscribitur tem-pore, quò præscribitur jus reale, unde profici-cuntur. Balbus 1. p. 4. princ. q. 1. num. 3. Schneidewin ad h. t. §. 6. n. 7. Stryck de Ali. sect. 2. membr. 2. axiom. 1. Gletle ad tit. 12. Inst. lib. 4. num. 1. Explicatur & probatur. Amisirem mobilem v.g. anulum aureum, catenam, calicem &c. Hæc, ab alio bonâ fide per triennium possessa, ex meo dominio ad dominium possessoris transit ex n. 429. Actio itaque seu vindicatio, prore-petenda re mobili mihi concessa, eodem tem-pore emoritur. Similiter vicino meo ser-vitutem in fundo meo debui: is servitutem constituit decennio non fuit usus; amittitur jus servitutis ex n. 475. & consequenter etiam actionem confessoriam, quâ servitutem ejusq; liberum exercitium sibi asserere potuit.

Ab hac tamen regula excipienda est I. actio 515 hypothecaria, qua de cum D. Gletle ad inst. lib. 4. tit. 6. n. 71. ita distinguendum: vel ipse debitor aut ejus hæres pignus possidet, vel tertius. Si primum; actio hypothecaria lapsa 40. annorum perimitur, etio actio pignora-ticia tempore breviori perempta fuerit. I. cum notissimi 7. §. 1. & 2. Cod. de Præscr. 30. annor. Secundum; refert, bonâ fide & justò titulo sit-tentis nuntius sit, nec ne? Priorè casu de-cursum 10. vel 20. annorum pro diversitate præsentia vel absentia perit. I. diuturnum 1. & seq. Cod. si adversus credit. Præscr. oppon. posteriore casu Præscriptio 30. annorum submovetur d. l. cum notissimi in pr. Cod. de Præscr. 30. annor. Verùm de hoc plura in tr. de Jure propriet. cap. 5. Stryck d. l. h. n. 16.

II. excipienda est petitio hereditatis, quæ ob 517 præstationes personales, quas sibi admixtas habet, indistinctè durat 30. annis l. hereditatis 7. Cod. de Petit. hered. Quod de hereditatis petitione tam directâ, quam fideicommissaria procedit per l. que actio 2. ff. de Fideicommiss. hered. ibi: que actio eadem recipitur, quæ hereditatis petitio Civilis; intellige, ut explicat Schwendendorff ad Eckoldt cod. tit. §. un. per Civilem hereditatis petitionem directam, seu à Jure Civili in specie inventam, ad distinctio-nem actionis fideicommissariæ, quæ ex SCTo fuit introducta.

III. excipienda est querela inofficiosi testamen-518 ti, quæ Præscriptioe quinquennii, à tempore hereditatis aditæ computandi, aboletur. I. si quis 34. in fin. Cod. de Inoff. testam.

IV. excipienda est actio pauliana, quæ, 519 si possessor ex alienatione lucrum non seferit, annali spatîo concluditur l. act. prator 1. in pr. l. act. prator 10. in pr. & §. 24. ubi Brunnem. n. 29. ff. Quæ in fraudem creditor.

V. excipienda videtur Eckoldt ff. h. t. §. 23.

§. 23. actio publiciana, eaque unice circumscri-benda annò, eò quòd contra Jus Civile fuerit introducta per textum in l. in honorariis 35. ff. de O. & A. in fin. princ. ubi Paulus, postquam edixerat, actionem publicianam actionibus rei persecutoris annumerandam esse, mox subjungit: sed, cum rescissâ usucapione reddatur, 521 annò finitur; quia contra Jus Civile datur. Verùm hanc exceptionem meritò improbat ipse-met Eckoldt Scholiastes Schwendendorff ad dicit. §. 23. partim quia publiciana non contra, sed præter Jus Civile fuit proposita à Pratore arg. §. namque 4. Inst. de Aliion. partim quia in d. l. in honorariis in princip. aperte dicitur: actiones honorarias, quæ rei perfectionem habeant, etiam post annum dari; & paulò post in censum illarum actionum refertur publiciana in verb. item publiciana, quæ ad exemplum vindic-522 cationis datur. Unde ad textum ex l. in honorariis reponendum, eum de actione rescis-soria explicandum, ut quæ non tam rescissâ quam completâ usucapione datur ad eandem rescindendam. Quam responsonem etiam amplectitur Gothofredus in not. ad d. l. lit. q. dicens: pro eim forè legendum quæ, ut sensus sit: sed quæ (intellige actio rescissoria) rescissâ usucapione reddatur; annò finitur, quia contra Jus Civile est.

Dico II. Actiones personales Civiles, five pœnales, five persecutoria, five mixtæ sint, Præscriptioe tricennaria eliduntur. Vulgata 523 l. si quis 3. & Lemes 4. Cod. de Præscr. 30. añor. l. super annali 1. §. 1. Cod. de annal. Excepti l. recepticia 2. Cod. de Const. pecun. Stryck d. l. axiom. 2. Ratione alibi jam dedimus: quia intra 30. annos hu-manum genus plerumque novam induit faci-entiam;ideoq; non conveniens erat vilium, sæcu-lum futurum ætatis præterita litibus inquie-524 tari. Huc pertinent actio depositi, commo-dati, mutui, empti-venditi, locati-conducti, manda-ti, pro socio, pignoratitia, Legis Aquilia &c. conditio furtiva; quæ omnes fatalem 30. annorum metam in alleg. LL. præfixam habent.

525 Excipiunt aliqui cum Azore & Gomeño actionem injuriarum Civilem, ex Lege Corne-lia oriundam, quâ is, qui pulsatum, verberatum, aut domum suam vi introitam esse, con-queritur, petit, ut in pœnam pecuniariam, à se expressam, reus condemnetur §. sed & Lex 8. l. Lex Cornelia §. in pr. ff. de Injur. Obten-dunt textum in l. sed finitur 17. §. 6. ff. d. i. ubi de actione injuriarum genericè traditur, eam tempore aboleri; item textum in l. fin. §. Cod. eod. ubi dicitur, injuriarum actionem annuò tem-pore præscriptam esse.

526 Sed è regione stant Fachinæus lib. 9. contr. cap. 7. Gletle Jurisprud. terrib. tom. 1. p. 2. cap.

§. 9. n. 12. Clariff. D. Joannes Sigismun-dus Stapfin quest. select. 21. n. 9. ob generalita-tem textum in n. 266. ubi omnes actiones, in personam Civiles, declarantur perperuæ, hoc est, tricennales; nec ullibi actio injuriarum Civilis ab hac generalitate certò reperit-ur excepta. Nam textus in d. l. sed ff. 27 unius. præterquam quòd valde dubius & ge-neralis sit; nullam atrocis injuriæ, ob quam prodita est actio Civilis ex Lege Cornelia, mentionem facit. Textus verò in l. fin. non evi-denter loquitur de injuria verbali; & sic uter-que ad actionem injuriarum Prætoriam con-arcandus est.

Excipitur autem actio de aleatoribus, 528 quâ licet ea, quæ lusi quis perdidit, non tantum per 30. sed etiam per 50. annos repe-tere l. ult. Cod. de Aleator.

Dico III. Actiones prætoria distinctâ reci-529 piunt Præscriptione. Si enim rei perfectione contineant, nec actum Jure Civili validè impu-gnent, ad instar Civilium sunt perpetuæ. Sin pœ-nales sint, seu purè seu mixtè, aut persecutoria quidem, actum tamen de Jure Civili validè rescindant, ultra annum vivere & vigere non permittuntur pr. Inst. de Perpet. & temp. act. l. in honorariis 35. in pr. ff. de O. & Ali. Et ratio 530 est: quia actiones Prætorie non poterunt longius durare, quam Prætoris Jurisdic-tio, ex qua pullularunt: hæc autem tantummodò an-nalis erat; ideoque & actiones annò concludi debebant, illæ præprimis, quæ aut pœnales extiterunt, aut Juri Civili obtulerunt. Re-531 liquæ verò persecutoria, quæ præter & non contra Jus Civile sunt inventæ, ideo eundem cum Civilibus terminum consecuta sunt, non tantum quia per Edictum D. Hadriani ad per-petuitatem pervenerunt, verùm etiam quia ex conniventia populi Romani & successivò usu etiam post annum toleratæ & prædicatæ fuerunt pr. Inst. d. i. Bachov. ad §. Prætorum 7. Institut. de J. N. G. & C. Stryck d. l. membr. 3. axiom. 1.

Non tamen ita universalis hæc est conclu-532 sio, ut suis limitationibus circumscripta non sit. Nam I. actio doli, quamvis pœnalis & famo-sa sit, bienniò durat l. ult. Cod. de Dolo malo. II. actio furti manifesti, licet quadruplum tan-quàm pœnam comprehendat, est perpetua d. pr. Inst. de Perpet. & temp. act. III. actio recepti adversus nautas, caupones, stabularios, ad duplum damni præstandum inventa, durat 30. annis l. fin. §. ult. ff. Nam. caup. stabul. IV. actio de servo corrupto, quâ is, qui servi mores quomodolibet deteriores fecit, à domino ad duplum damni dati convenitur, ad 30. annos extenditur l. hæc actio in pr. 13. ff. de Servo corrupto. Stryck d. l. axiom. 3. à n. 16.

§. VI.

Quis terminus Præscriptioe Criminalium sit præfixus?

533 Criminalia, seu potius accusationes & obliga-tiones criminales Præscriptioe vettiga-

les esse, diximus in cap. 4. à num. 308. Hic de Præscriptioe tempore

Dico

- 534 Dico: Omnia crimina seu accusationes criminales vicennio tolluntur, nisi ex speciali Juris ordinatione ad tempus brevis sint restricta. Communis DD. Pax Jordan Elucubratur. *div. lib. 14. tit. 24. n. 357. & seqq.* Antonell. de *Temp. Leg. lib. 2. cap. 82. d. n. 1.* Stryck de *action. scil. 3. memb. 2. axiom. f. D. Gletle cit. tom. 1. part. 1. cap. nu. §. 8. num. 13.* & relati ibidem. Fundatur assertio in *l. querela 12. Cod. ad Leg. Cornel. de falsis l. quamcumque 3. ff. de Requiritend. vel absent. condemnand.* ubi hunc in modum differit Marcianus: *quamcumque quaestionem apud fiscum, si non alia sit Praescriptio, viginti annorum silentio praescribi, Divi Principis voluerunt.*
- 535 Dixi: *qua ex speciali Juris ordinatione ad tempus brevis non sunt restricta.* Nam vicennium est illa Hercules columna, ultra quam facinus nullum excurrit, esto infra & intra hanc latitudinem aliquot crimina breviori intervallo concludantur. Quod reducitur *l. adulterium,* cujus accusatio tollitur quandoque quinque, quandoque semestri. Ponderandum quippe, utrum ex parte mariti vel uxoris adulterium sit commissum? Contra maritum adulterium quinquennium continuum est praeritum, ex die commissi criminis computandum *l. adulter. 5. Cod. de Leg. Jul. de adulter.* Contra uxorem adulteram sex menses utiles sunt praefixi, a die divortii enumerandi; qui tamen excedere non possunt quinquennium continuum, ex die commissi criminis calculandum *l. mariti 29. §. 5. & seqq. ff. eod.*
- 537 II. huc refertur *stuprum*, & flagitia omnia, Lege Julia vindicata, quibus quinquennium est constitutum *l. mariti 29. §. 6.* III. crimen *peculatus*, cujus accusatio eodem termino definitur *l. peculatus 7. ff. ad L. Jul. Peculatus. IV.* accusatio extranei, qui testatore occiso, ante quaestionem, de familia habitam, tabulas testamenti aperuit, cui corripiendo Jura itidem 50 annos praescripserunt *l. in cognicione 13. ff. de Scto Silan. Gletle cit. loc. num. 18.* quem vide.
- 540 Reperias nihilominus Authores, qui traditam supra legem ac conclusionem subverte-

§. VII.

De Tempore, in praescribendis Rebus ac Juribus profanis & publicis necessario.

- 545 De his priori Capite ad num. 485. varia in medium protuli. Modò de tempore Praescriptionis speciatim acturus, juxta distinctiones, ibidem datas, refero meas conclusiones, &
- 546 Dico I. Bona & Jura, ad Principem pertinentia, sed nondum ejus Fisco aut Cameræ incorporata, à bonæ fidei possessore. quadriennium praescribuntur *l. noxum est 1. & rot. tit. Cod. de Quadriennii Praescript. l. intra 10. §. 1. ff. de Divers. temp. Praescrip. Antonell. de Temp. Leg. lib. 2. cap. 99. num. 1.* D. Franz ad *h. l. num. 15.*
- 547 Schanbogen *ibid. pag. m. 300.* Et licet in his textibus nominatim de bonis sermo instituat, eodem tamen de jure est ratio arg. *l. bonorum 49. ff. de F. S.*
- Qui non obest textus in *l. quavis 18. ff. h. t. 548* ubi dicitur: *quavis adversus Fiscum usucapio non procedat, tamen ex bonis vacantibus, nondum tamen Fisco nuntiatis, emptor praedii ex iisdem bonis extiterit, rectè dominum possessione capiet.* Unde, cum Jctus *diutina possessionis* recordetur, tempus 10. vel 20. annorum desiderare videri possit.
- Resp. enim cum *cit. DD. possessionem diuti-* 549 *nam non semper 10. aut 20. annorum tempus importare, sed juxta materiam subiectam brevius quandoque tempus significare, sicut in l. sciendum 1. §. 13. ff. de Separat. multum temporis conformiter propositæ materiae quinquennium designat.* Adde, non sine ratione *ly diutina in d. l. indeterminatè pos-* tum,

- tum, quoniam usucapio in rebus commissi, quæ etiam, velut bona vacantia, Fisco aperiuntur, quinquennium absolvitur *l. neque commissum 2. Cod. de Vctigal. ut notat Gothofred. ad 4. l. 18. lit. k.*
- 551 Hæc obtinent, si bona Fisco nec incorporata, nec denuntiata fuerint. Si enim bona vacantia denuntiata jam fuerint, & his mota possessori, Praescriptio quadriennii interumpitur, & actio perpetuatur. Si tamen destitit nuntiator, Praescriptio resumit vires, ac pristino decurrit pede, perinde ac si nuntiator intervenisset nunquam *l. intra quatuor 10. princ. ff. de Divers. temporal. Praescript. & ibi Brunnem. num. 3.* D. Franz *d. n. 15.*
- 552 Dico II. Jura & bona, quæ ad Principem, non quæ Principem, sed privatum ejus patrimonium spectant, non possunt praescribi nisi 40. annorum spatio. D. Rath *d. c. 5. assert. 43. lit. C.* D. Franz *d. loc. num. 16.* Nicol. Miller de *Princ. & Stat. Imp. cap. 33. num. 1.* contra Covarruv. in *relect. cap. possessor. part. 2. §. 2. n. ult. in fin.* Schanbogen ubi supra *pag. m. 301.* Zoëf. *h. t. num. 22.* Lessius de *F. & F. l. 2. cap. 6. dub. 12. num. 41.* qui rebus & juribus Principum patrimonialibus nullam penitus praerogativam tribuit, sed jure privatorum illa praescribi censent. Probatur hæc sententia admodum fundamentaliter ex *rubr. tit. Cod. Ne rei dominica* (id est, ne rei Principis private, ut explicat Gothofred. *ibid. lit. a.*) *vel temporum vindicatio temporis Praescriptione subvoveatur:* quæ rubrica, cum sensum habeat completum, & nigro non tantum non discordet, verum etiam eodem in *subseq. 3. LL.* non parum firmiter, vim Legis obinet. Nec minoris ponderis est textus in *l. jubemus ult. Cod. de Fundis patrimonial. lib. 11.* ubi praediis Principis patrimonialibus manifestè adstruitur Praescriptio 40. annorum. Ut mirum sit, in ejusmodi bonis & juribus privilegium Praescriptionis quadragenariæ à quoquam in dubium vocari.
- 556 Dico III. Jura & bona Principis, quæ Principis, sed tamen etiam privati acquisibilia v. g. jus pascendi, venandi, lignandi &c. non gaudent Praescriptione centenariâ, sed quadragenariâ tantum. Covarruv. *cit. loc. n. 5.* Ratio est: quia in *l. omnes 4. Cod. de Praescrip. 30. annor.* quadragenariæ Praescriptioni omnia Jura, publica & privata, subjiciuntur: nec textus occurrit, qui bonis & juribus Principis, quæ privatorum esse possunt, privilegium centenariæ Praescriptionis conferat. Nam in *l. ut* 23. *Cod. de SS. Eccles.* (in qua se male fundant Aaia, à Covarruv. nominati) ubi olim Monasteriis, Civitatibus, & aliis piis locis erat concessum privilegium centenariæ Praescriptionis, altum de rebus Principis est silentium: neque ex paritate rationis privilegia extendere licet: cum, stante rationis paritate, privilegium quidem concedi potuerit, sed non debuerit.
- Dico IV. Jura & bona, Principi reservata 59 in signum præminentie, seu Jura Majestatis extrinseca, cum titulo 40. annis; sine titulo tempore immemoriali praescribuntur. Rota Rom. apud Postium *decis. 312. num. 5. & 6.* Magnif. P. König ad *h. t. num. 19. in fine.* Lessius de *F. & F. d. l. 2. cap. 6. dub. 12. n. 41.* Schanbogen *ibid. eod. pag. 300.* Ratio est: quia 60 imprimis Jura Principis privata quadragenariæ Praescriptione gaudent; adeoque absurdum foret, Jura Principis quæ Principis, ipsique in signum præminentie reservata, minori tempore concludi. Deinde ut tempus 100. annorum statuamus, carentia textus non permittit. Praescriptionem igitur aut quadragenariam cum titulo requiramus, aut sine titulo tempus immemorabile *arg. cap. Episcopus 1. h. t. in 6.* cum fortissima Jura praescriptio (sæpe contra praescribentem: eò quod ejusmodi Jura, Principis personæ annexa, sine speciali privilegio in alios transire non possint; simul etiam gravis Juris prohibitio reluctetur in *l. Lex duodecim 3. ff. ad L. Jul. Majest.*
- Dixi: *Jura Majestatis extrinseca.* Nam *Jura Majestatis intrinseca* frustra hic in dilectationem veniunt, quæ secundum dicta in *cap. 4. num. 495.* à subito quæ tali ne quidem immemoriali tempore praescribuntur. Quod si tamen non subditis quæ-talis, five manens subditus, sed tanquam Supremus; vel una Gens, Populus, aut Rex contra alium similia Jura Praescriptionis viâ querere & acquirere desideret, tempus aliud, quam immemorabile, non sufficit.
- Notat verò singulariter D. Rath *cap. 5. af. 564. ferr. 44.* nomine Principis in præsentia materia non tantum Supremum seu Imperatorem, sed omnes Sac. Rom. Imp. Principes & Status comprehendi: nam isti omnes suis in territoriis analogâ fulgent Majestate; ac prerogativis, quibus Imperator in toto pollet Imperio, in suis provinciis & ditionibus circumfluunt. Consentit cum consensu, uti ipse testatur, Myllet. de *Statib. & Princip. Imperii d. cap. 33. num. 1. & seqq.*

§. VIII.

Quantitas Temporis in Rebus & Juribus Ecclesiæ.

- 565 Plura hic in controversiam deducuntur, quæ ut in offensum pede percurramus, prænotanda distinctio I. inter res mobiles & immobiles; II. inter Ecclesiam Romanam & alias, Romanâ inferiores; III. inter Jura Ecclesiæ temporalia & spiritualia; IV. inter Jura, quibus Jus commune resistit, & quibus non resistit. Hæc, inquam, prænotare, non amplius declarare oportet.
- Dico I. Res Ecclesiæ, Romanâ inferiorum, non tantum immobiles, verum etiam mobiles 40. annis praescribuntur. Primum conclusionis membrum de rebus immobilibus est canonizatum tam inter Civilitas quam Canonicorum.

Canonistas; idque ostendunt textus, luce meridiana clariores in cap. 4. 6. 8. & 9. h. t. cap. 2. eod. in 6. Nov. 111. cap. un. & Nov. 131. cap. 6.

567 Alterum membrum est contra Civilistas, vix non omnes, & plurimos etiam Canonistas, ut perhibent DD. passim; sed præter Hostiensium, quem refert & probat P. Engel ad h. tit. num. 28. propugnatores habet Panormitanum ad cap. requisivit 1. de Restit. in integr. n. 11. 12. & 13. Clariff. P. Josephum Mezger in Pana-

568 *Seca Juris* cap. 4. num. 30. Ratio potissima est: quia allegata Juris testimonia non distinguunt inter res mobiles & immobiles; imò cap. illud 8. aperte dicit, quòd adversus Ecclesias minorem Præscriptionem quam quadragenariam Romana Ecclesia non admittat. Ergo nobis distinguere non licet, aut asserere, quòd Canones non distinguunt, aut afferunt arg. l. de pretio 8. ff. de Publician.

569 Confirmatio I. In tantum procedit Civilis Præscriptio de Jure Canonico in rebus Ecclesiæ, in quantum est recepta. Sed non est recepta Præscriptio Civilis, seu regula Præscriptionis, ad Jus Civile commemorata, nisi quantum res Ecclesiæ 40. annorum intercapedine

570 præscribi voluit ad. text. Ergo &c. II. Sætem res Ecclesiæ mobiles pretiosæ aliò tempore quam quadragenariò præscribi nequeunt: itæ enim de Jure Canonico alienari prohibentur Extrav. ambiciosa de reb. Eccles. non alien. inter commun. Ergo etiam prohibentur tempore ordinariò præscribi arg. l. alienationis 28. ff. de V. S. & n. 103. in cap. 4.

571 Contraria sententia multum præsidii collocat in auth. quas actiones Cod. de SS. Eccles. quæ in rebus Ecclesiæ immobilibus 40. annos ad Præscriptionem admittit, usurpatione triennii NB. (quæ datur in rebus mobilibus) vel quadriennii Præscriptione in suo robore duransibus.

572 Respondent Authores nostræ sectæ, præsidium hocce fundamentò non admodum firmò superstructum esse: quandoquidem ex cap. Ecclesia 10. de Constitut. & Auth. cassâ Cod. de SS. Eccles. nemini non apertum & apicum est, Constitutiones Civiles, in præjudiciu Ecclesiæ promulgatas, autoritate destitui. Quæ responsione interim sepositâ; Resp. Authenticas, Codici insertas, in tantum esse authenticas, in quantum suo fonti, seu Novellis, unde fuerunt transumptæ, concordant. Sed Auth. quas actiones suo fonti seu Novella 131. cap. 6. unde transumptæ est, non correspondet: hæc etenim ita statuit: pro temporibus autem Præ-

573 scriptionibus decem & viginti & triginta annorum Sacrosanctis Ecclesiis & aliis Venerabilibus locis saltem quadragesima annorum Præscriptionem opponi præcipimus; nihil verò de hoc dicitur, quòd usufructu triennii in suo robore permaneat. Ergo non est authentica.

574 Dices: hoc ipsò, quòd Imperator Præscriptioni decennali, vicennali, & tricennali substituerit quadragenariam, si sponte inferatur, Præscriptionem triennem in suo vigore persisteret: tantum quippe de Jure veteri mutatum, quantum expressum: adeoque cum

de Præscriptione triennali nil expressum sit, in suo vigore persistit.

Resp. I. ex hoc argumento sequi, res Ecclesiæ mobiles hodiernum Præscriptione centenariâ gaudere; quòd probatur: tantum de Jure Veteri correctum, quantum expressum. Atque de Jure Veteri, inhaerendò literæ textus, res Ecclesiæ mobiles gaudent Præscriptione centenariâ, uti statim demonstrabo; & in illius correctione de rebus mobilibus, quæ Præscriptionem triennem suserunt, nihil est expressum. Ergo hodiernum gaudet Præscriptione centenariâ.

Resp. II. sub jure temporalius Præscriptionibus sufficiens comprehendit Præscriptionem triennem, ut quæ magis hoc nomine insignienda videtur, quam cætera Præscriptiones, tempore diuturniores. Neque facit in contrarium, quòd illud h. temporalius Præscriptionibus mox explicetur, & limitetur ad Præscriptionem 10. 20. vel 30. annorum: quo-577 niam in fine memorati capituli jubet Imperator eandem constitutionem extendi ad exactionem legatorum & hereditatum, quæ ad pias causas relicta sunt; consequenter etiam ad res mobiles & earum Præscriptionem, ut quæ frequentius legantur, & unâ cum legato rei vindicationem operantur, quemadmodum paulò infra magis liquecet.

Urgebis: in Nov. 111. cap. un. Justinianus 578 solam exceptionem 30. annorum usque ad 40. annorum curricula prolongat, nihil penitus aliis exceptionibus derogandò; sed tam in aliis quam triennio vim roburque tenentibus. Ergo res mobiles adhuc Præscriptionem triennem subeunt.

Resp. I. hoc argumentum vel nimium pro-579 bare; vel ad triennem Præscriptionem in rebus Ecclesiæ mobilibus accommodandum non esse: si enim sola 30. annorum exceptio usque ad 40. annorum curricula sit prolongata, protectò res Ecclesiæ immobiles manent sub dispositione Juris Veteris & communis, vi cujus res immobiles Præscriptioni decennali subduntur. Si verò etiam rei im-580 mobilis Præscriptio ad 40. annos usque est elevata, tum idem jus ad res mobiles est porrigendum; & textus non ad res & causas Ecclesiasticas, sed negotia profana applicandus propter h. circa alias personas & causas, quòd evidenter denotat causas & personas, ab Ecclesiasticis diversas.

Resp. II. ex hac Nov. momentum & muni-581 mentum non leve opinioni nostræ adfici. Nam in ejus epilogo Imperator generalem ponit clausulam: in illis negotiis religiosis contractibus memoratò quadragesima annorum privilegii volumus perseri, in quibus eis centum annorum prerogativam constituto nostra consulerat. Atque constituto Imperatoria centum annorum prerogativam non tantum in negotiis circa res immobiles sed etiam mobiles Ecclesiis ante contulerat; veluti liquidissimè ex l. in in-582 ter 23. in pr. Cod. de SS. Ecclesiis probatur, cujus hæc est constructio & constitutio: si ve itaque

MEMORIA

memoratis religiosissimis locis vel civitatibus hereditas siue legatum, vel fideicommissum fuerit relictum, siue donatio vel venditio processerit in quibuscunque rebus NB. mobilibus vel immobilibus, vel se moventibus, siue pro redemptione captivorum quadam fuerint relicta vel donata: sit eorum penè percepta vindicatio, & ad annos centum (secundum quod jam dictum est) extendatur. Ergo rebus Ecclesiæ mobilibus ad hodiernam usque ætatem competit quadragenariâ Præscriptionis prerogativa.

583 Dixi: Ecclesiæ Romanæ inferiorum; quarum nomine veniunt non tantum Ecclesiæ Parochiales, Collegiatæ, Conventuales, Regulares; sed etiam hospitalia & qualibet loca pia, ut decidit Rota Rom. in recent. p. 4. tom. 1. dec. 171. n. 3. & 4.

584 Dico II. Jura temporalia, seu quæ versantur circa res & objecta profana, v. g. pascua, prædia, sylvæ &c. ad Ecclesiæ, Romanæ inferioris spectantia, eòdem cum rebus immobilibus & mobilibus tempore præscribuntur. P. Engel cit. num. 30. Balbus 2. p. 4. princip. quest. 2. num. 6. & Canonista communiter. Ratio est: quia res immobiles & jura incorporalia pari mensurâ à Regulis Juris æstimantur juxta num. 545.

585 Excipitur casus, quòd Ecclesia Laico, contra quem inchoata erat Præscriptio, succedit: tum enim dividuntur tempora Præscriptionis hunc in modum, ut Ecclesia in præteritum jure privati, in futurum proprio utatur privilegio. E. g. aliquis in agro, qui à Laico ad Ecclesiam pervenit, jam annis usufructuæ continuatione; hic, usufructuæ completionem, adhuc 20. annis debet possidere: quia 20. anni dimidium tempus Ecclesiasticæ Præscriptionis conficiunt. Pax Jordan Elucubr. div. d. l. 14. tit. 24. num. 339. Engel d. loc. num. 31. König ibid. n. 15. Haunold tr. 5. cap. 2. contr. 4. num. 302.

586 Dico III. Jura spiritualia, ad Ecclesiæ inferiores pertinentia, eòdem, quòd profana, tempore præscribuntur; titulum tamen requirunt, si quando Jus Commune resistat; vel, deficiente titulo, tempus immemorabile. Textus luculentus in cap. Episcopum 1. h. t. in 6. cujus sententia & significationem jam superius à n. 231. explanavi. Rota coram Emerich doc. 125. n. 23. Hinc

587 Deducitur I. circa Præscriptionem juris eligendi ita distinguendum. Vel quis intendit præscribere hoc jus privativè, ita ut post hæc Capitulum, ad quòd jus eligendi spectaverat, ab electione omninò velit excludere; vel cupit præscribere cumulativè, ita ut unâ cum Capitalibus electionis interesse quærat.

588 Primò casu ad 40. anni cum titulo, aut tempus immemorabile requiritur. Ratio est: quia gravis juris præsumptio unâ cum prohibitione stat contra præscribentem per cap. nullus 1. de Elect. cap. Abbas 2. cap. Abbatem 3. XVIII. q. 2.

589 Secundò casu sufficienti 40. anni sine titulo per cap. cum Ecclesia Sarrina 3. de Causa possess. & propriet. ubi non obscure videtur Præscriptio

in simili casu admitti in v. nisi aliud obineat de consuetudine specialis; & in v. Jus eligendi propter brevitatem temporis usque ad Præscriptionem legitimam non produci. Ratio est: quia Præscriptio sic non est contra, sed præter Jus: cum extraneos quidem ad electionem non vocet, sed nec repellat in casu, quò unâ cum Capitalibus ad electionem concurrunt. Balbus 1. p. quinta princip. q. 8. n. 5. 6. & 2. segg. Schambogen ad h. t. in Decretal. num. 17. Fagnanus in d. cap. cum Ecclesia Sarrina. à n. 24. Antonell. de Tempore Leg. lib. 2. cap. 103. n. 2. Clariff. P. Petrus Guetrather in sua Porta honoris cap. 2. §. 4. num. 6.

Deducitur II. circa Præscriptionem juris Patronatus ita discurrendum. Vel præscribitur in Ecclesia libera, vel in Ecclesia non libera, seu jure Patronatus jam affectâ. Si prius; ex novissima constitutione Concilii Trident. sess. 25. de Reformat. cap. 9. tempus immemorabile desideratur: decernit enim ibidem S. Synodus, ut titulus Juris Patronatus sit ex fundatione, vel donatione, qui ex authentico documento, & aliis Jure requisitis ostendatur: si ve etiam ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat; & aliæve secundum Juris dispositionem. Quamquam ex ultimis hiis verbis aliisve se-592 cundum Juris dispositionem non sine fundamento colligi possit, etiam 40. annorum quasi-possesionem unâ cum titulo sufficere. Lessi de f. & f. l. 2. C. 6. dub. 10. sub n. 31. præsertim cum ex doctrina Eminentiss. Card. de Luca de Indic. dist. 21. n. 42. & de Hæred. dist. 33. sub n. 13. quadragenaria cum titulo equiparetur immemorabili. Id quod in hoc puncto docuit idem de Jure Patr. dist. 97. num. 39. & Augustinus Barbosa in Collectione ad eundem Concilii passum n. 21. admittit in hominibus privatis, in quos non cadit jus usurpationis seu temeræ arrogationis, sicut in homines Potentiores, integras familias, Universitates, de quibus in cit. loc. mox ulterius statuitur: quòd immemorabilis temporis probatio non alter eis suffragetur, quam si præter reliqua, ad eam necessaria, presentationes etiam continuate, non minori saltem quam quinquaginta annorum spatio, que omnes effectum sortita sint, authenticis scripturis probentur.

Si posterius obtineat; refert, utrum jus 594 Patronatus ad Ecclesiam vel Patronum Laicum pertineat. Si ad Ecclesiam; & 40. anni præscribitur per dicta in n. 586. Sin ad 595 Laicum; post Rochum Curtium & Joannem Andream apud Covarruv. p. 2. relect. cap. possessor §. 10. n. 8. Lessius cit. l. n. 33. Schambogen ad h. t. à num. 18. ac novissimè Clariff. P. Schmalzgrueber ad h. t. de Jure Patron. n. 166. existimant, 10. aut 20. annos sufficere, eò quòd Laicus nullibi reperitur privilegium quadragenariæ Præscriptionis acquisivisse. Verum cit. Covarruv. & Card. de Luca de 596 Jure Patronat. dist. 56. n. 22. 40. annos desiderant, ex ea ratione: quòd circa jus patronatus, tanquam Ecclesiasticum, non attendatur

N n 2

datur

datu dispositio Juris Civilis, sed Canonici, cui sola 40. annorum Præscriptio reperitur cognita. Quamquam cum Juris resistentia neque Patrono Ecclesiastico, neque Laico hoc in passu refragetur, titulus non desideretur. Et ita repetitis vicibus firmavit Rota Rom. in recent. p. 2. dec. 146. n. 5. p. 5. dec. 191. n. 13. p. 10. dec. 169. n. 21. & seq. & dec. 240. n. 11. & seq.

598 Deducitur III. jus decimandi pro diversa decimatorum consideratione diversò quoque tempore præscribi. Videndum nempe, utrum ad Laicum vel Clericum spectet. Si ad Laicum; decennii vel vicennii spatii perimitur: utpote cum ex cap. 4. n. 378. instar profani juris consideretur Rota in rec. p. 19. to. 1. dec. 152. n. 5. Antonell. de temp. leg. lib. 2. cap. 37. n. 18. P. Engel ad tit. de Decim. n. 21. Sin ad Clericum spectet; ulterius discutendum, an ad Clericum, quatenus est persona Ecclesiastica, vel quatenus est persona privata, fortè quia ex successione patrimoniali decimas acquirit, pertineat. Posteriore casu cum præ Laicis nullam specialem habeat prerogativam, eandem cum Laicis Præscriptionem patietur. P. Engel ibid. Clariss. P. Schmalzgrueber ad tit. de Decim. n. 44.

Priore casu rursus discipendum, undenam oriatur jus decimandi, an ex titulo spiritualis officii, puta, quia est Parochus; an ex titulo alio, v. g. dotatione, permutatione privilegio, Præscriptione &c. Si hoc; 40. anni sine titulo Præscriptionem perficiunt. Rebuffus apud & cum P. Engel cit. Si illud; vel 40. anni cum titulo, vel tempus immemorabile debet adesse juxta decisionem cap. Episcopum 1. h. 1. in 6. & cap. ad decimas 2. de Restitut. spoliar. eod. in 6. quia videlicet præsumptio Juris communis militat pro Parocho, & præscribenti restituit.

602 Quod merito cum eodem P. Engel ad Parochias, Monasteriis incorporatas, ampliari debet, ut earum decimæ non nisi 40. annis cum titulo aut tempore immemorabili præscribantur: quia per incorporationem Monasterium loco Parochi habetur, uti decidit Rota Rom. coram Emerix dec. 473. n. 1. & 2. Limitat tamè assertum posterius de titulo ex communi sententia Card. de Luca de Decim. disc. 1. n. 25. disc. 14. n. 9. disc. 15. n. 10. disc. 17. n. 8. quando Præscriptio non tollit jus decimandi ex toto, sed tantum ex parte.

603 Excipiuntur à superiori conclusione Beneficia Ecclesiastica, de quibus extat Regula Cancellaria 36. vel secundum aliorum computationem 33. qui inscribitur de triennali possessore. In hac ita statuit Pontifex: Si quis quacunque Beneficia Ecclesiastica absq. simonia ingressus ex quovis titulo, Apostolica vel Ordinaria collatione, aut electione, aut electionis confirmatione, seu presentatione & institutione illorum, ad quoslibet pertinent, per triennium pacifice possiderit (dummodo in Beneficiis hujusmodi si Pontifici ex reservatione generali in corpore Juris clausa, reservata fuerint, se non intruserit) super iisdem Beneficiis, taliter possessis, molestari nequeat. Præterea impetrationes

de Beneficiis, sic possessis, factas, irritas esse, decernit Pontifex, licet super illis motas penitus exringuendò.

Quiquitur Beneficium Ecc. 604 lehalicum quodcumque ex titulo colorato (quale in præsentia habere censetur, qui Beneficium consecutus est originaliter ab eo, qui iure illud conferre potuit, licet ex accidenti ob impedimentum aliquod extrinsecum excommunicationis, suspensionis, alteriusve censuræ collatio effectum non haberit, ut explicat Erasimus à Chokier Comment. in cit. Reg. n. 85. Alphonfus in Glossam. apud eundem Chokier n. 35. & seq.) per triennium sine contentione judiciaria pacificè possedit, non tantum possessionem, verum etiam stabilem titulum & jus acquirit, prout contra Covarruviam ad Reg. possess. p. 2. §. 10. n. 10. concl. 6. probabilis decidit cit. Alphonfus n. 18. Laym. Theol. Mor. lib. 4. tr. 2. cap. 15. n. 4. Engel ad lib. 3. Decret. tit. 5. n. 39. Haunold d. tr. 5. n. 284. Less. cit. l. 35. consentiente Card. de Luca de Benef. disc. 9. à n. 2. tum quia S. Pontifex non tantum omnem molestationem & turbationem in tali possessione interdicit, verum etiam lites, occasione possessionis de facto motas, penitus extinguit; quod non verificaretur, si adhuc superesset questio de proprietate seu titulo Beneficii: tum quia omnes impetrationes de simili Beneficio declarantur irritæ; utique non alia ex causa, nisi quia nec de facto, nec de Jure vacat; ex quo omne jus in possessorem transit: tum denique quia alias Præscriptio positiva tum dominium utile quam directum vel quasi-operatur, uti in seq. demonstrabitur.

Neque assertum hoc infringit cap. 1. de R. F. in 6. quod Beneficia Ecclesiastica sine institutione Canonica obtineri non permittit. Nam institutio, ad quam titulus coloratus accedit, potest dici Canonica, saltem ex eo tempore, quò Præscriptio, post expletum triennium, fuit absoluta: hæc enim præcedentem titulum, licet antehac inidoneum & infirmum, ita confirmat & roborat, ac si ab initio statim in rei veritate Canonice substitisset.

Dico IV. Res Ecclesiæ Romanæ, tam mobiles quam immobiles, solum Præscriptionem centenariam admittunt. Abbas in cap. cum dilectis 4. de Confirmat. nulli &c. Haunold d. tr. 5. n. 271. Clariss. D. Franz hic n. 22. Eruitur hæc conclusio ex perspicuis & generalibus Utriusque Juris sancitis in cap. ult. XLI. quasi. 3. cap. ad audientiam 13. cap. cum vobis 14. h. t. cap. ult. eod. in 6. Nov. 9.

Extendunt hac conclusionem aliqui cum Bartolo, Jafone, Covarruvia in relec. cap. possessor p. 2. §. 2. n. 9. I. ad res Civitatis. Sed malè: esto enim in l. ut inter 23. Cod. de SS. Eccles. Civitatibus æquè ac Ecclesiis & Monasteriis privilegium centenariæ Præscriptionis fuerit indultum; quia tamen in Nov. tit. cap. un. idem privilegium quoad Ecclesias & Monasteria est revocatum, videtur etiam quoad Civita-

Civitates fuisse sublatum: partim quia privilegium Civitatis ab exemplum & normam 611 priorum locorum est concessum: partim quia Justinianus, dum circa alias personas & causas voluit observari Præscriptionem tricennalem, 40. annorum Præscriptionem solis Religiosis locis concessa, satis indicavit, ne quidem quadragenariam, adeoque multò minus centenariam Civitatibus proficere: partim quia ratio, ob quam privilegium quoad Monasteria & Ecclesias est revocatum, faudet similem revocationem quoad Civitates: quoniam, ut ait Imperator in pref. d. Nov. in fin. per tantum seculi magis quàm temporis spatium, nec documentis integritas, nec alibi fides, nec aras vult tenentibus suffragari. Ut adeò inconveniens planè & incongruum fuisset, si Imperator ob eandem prorsus rationem, quâ favorem, locis piis concessum, sustulit, tollere eundem favorem quoad Civitates noluisse: cum Civitates aliàs majorem favorem in Jure non habeant, quàm causa pia. Stryck de Action. cit. sect. 3. membr. 2. n. 6.

614 Extendunt alii conclusionem ad Jura Ecclesiæ Romanæ. Et rectè; modò servetur distinctio inter Jura, S. Pontifici reservata, & non-reservata, sed inferioribus quoadque concedi solita. Nam Jura non-reservata, uti privilegio Apostolico & possunt obtineri, & sæpius obtenta sunt; ita etiam Præscriptionem non fastidiunt arg. cap. super quibusdam 26. 616 de P. S. Jura autem reservata, uti v. g. est potestas generalis dispensandi in Jure communi, decidendi questiones Fidei, cognoscendi de omnibus fidelium causis &c. cum privilegio concedi non soleant, nec Præscriptionem centenariam ad immemorabilem agnoscunt.

arg. cap. majores 3. de Baptismo cap. un. de Cleric. error. in 6. Recapitulatur dicta de Regalibus & Juribus Majestatis, in cap. 4. sect. 4. Pirhing ad h. 1. n. 102.

Extendunt alii, & fortè omnes, conclusio nem ad Ecclesias exemptas, hòc sensu, ut si de ipsa exemptione agatur, non aliam quam centenariam Præscriptionem procedere existimet P. Engel ad h. 1. cum cit. n. 32. Nec immeritò. Nam Præscriptio, quæ contra exemptionem insurgit, tollit in effectu jus immediatæ Jurisdictionis, Sedi Apostolicæ competentis; adeoque tollit jus aliquod Ecclesiæ Romanæ: unde non minori tempore indiget, quàm Præscriptiones aliæ contra Ecclesiam Romanam. Videatur textus in cap. cum dilectis 4. de Confirmat. nulli vel inno. &c. Verum si de juribus ut bonis, ad ipsas Ecclesias exemptas immediatè spectantibus, agatur, illa de Jure Communi speciali privilegio non gaudent. Dico: de Jure Communi. Enimvero ex speciali gratia per Leonem X. & Pium IV. omnibus Ordinibus Mendicantibus, tanquam immediatè S. Sedi subiectis, concessum esse privilegium centenariæ Præscriptionis, testatum reliquit Haunold cit. vult. §. num. 300. Quod ipsum privilegium, antecesserit Cisterciensi Familiæ indultum, cum eodem Haunoldo & D. Rath refert P. Engel h. 1. n. 33. Ordini autem Benedictinò tam ab Eugenio IV. quàm à Julio II. privilegium sexagenariæ Præscriptionis communicatum fuisse, communissimè affirmant DD. Lessius de F. & F. lib. 2. cap. 4. d. 8. n. 25. Haunold d. n. 300. Engel d. n. 33. Pirhing hic num. 102. Illung Theol. pr. tr. 4. d. 2. n. 327. Schambogen ad h. 1. n. 25.

§. IX.

De diversis temporibus in Præscriptionibus innominatis.

622 Præscriptiones innominatæ tam diversis absolventur temporibus, ut nullæ valent certà definiti regulâ, sed in singulis serè casibus sint diversæ; veluti præ cæteris amplissimè demonstrant Pax Jordan Elucubr. div. lib. 14. tit. 24. à n. 283. Schambogen ad h. 1. p. 200. Stryck in tr. de Act. for. sect. 4. per 102.

623 Demonstro & ego breviter, & exordior à momento, ac per horas, dies, menses, & annos promoveo cursum Et quidè in momento quasi præscribitur juri, quod habet defectus à sua possessione, eandem possessionem etiam vi denuò recuperandi per l. qui possessionem 17. ff. 624 de Vi & vi arm. Pariter jus judicandi, quod compete pluribus Judicibus in causis mixti fori, momentancè præventionem tollitur arg. cap. proposisti 19. de Foro comper. quemadmodum & jus prioritatis in pignore momento quoque tempore acquiritur t. i. ff. & Cod. qui prior. in pignore.

615 Quoad horas occurrit Præscriptio in l. capite 25. in pr. ff. ad l. Jul. de adulter. ubi potestas, marito concessa, quòd adulterum, cum uxore

re deprehensum, privatò carcere valeat detinere, post 24. horas amittitur.

Quoad dies exempla sunt copiosa. Nam I. 626 unicâ die præscribitur contra Judicem, sententiam à se latam, quoad accessoria vel appertinentia supplere volentem l. Paulus 2. ff. de Rejudic. II. post biduum jus appel. 627 landi in casu proprio quondam expirabat l. si quidem 1. §. 5. ff. Quando appell. fit. III. post 628 triduum expirat facultas, errorem Advocatorum corrigendi l. ult. Cod. de Error. Advocat. item facultas colligendi fructus, ex meis arboribus in hortum vicini delapsos l. un. ff. de Glande leg. post octiduum electores excidunt jure competendi electionem, si eam electo non præsentaverint cap. capientes 16. §. ceterum de Elect. in 6. IV. post decennium hodie 629 tollitur appellandi licentia Nov. 23. cap. 1. uti & licentia, contra laudum arbitrale petendi reductionem ad arbitrium boni viri l. penult. in pr. Cod. de Recept. arbitr. V. 15. dies ad pro- 630 bandam exceptionem spoliū fuerit præstituti in cap. frequens 1. in pr. de Restitut. spoliar. in 6. VI. 631 in,